



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Tribulationis remedia sunt tria.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

CHRISTIANA

Ambr. biginem purget. Amb. Aegritudo iusto carnis peccatum repellit. Tertia est, ut sollicitet, ne per superbiam, Grego. uel securitatem se erigant. Gregorius. Dū mens seuera redditur, in torporem laxatur. Cor. Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meae, &c. Et Isidorus. Valde necessarium est, iustum in hac uita & uitis temptari, & uerberari flagello, ut dum uitis pulsatur, de uirtutibus non superbiat. dum uerò aut animi, aut carnis dolore atteritur, a mundi amore retrahatur. Quarta est, ut Deus inde glorificetur; sicut de ceeco nato, & de Lazaro. Quinta potest esse, ut hic incipiant tormenta sustinere, quod post modum sine fine sustinebunt, sicut Herodes, qui à uermibus fuit consumptus, &c.

*Tribulationis remedia sunt tria.*

Psal. 90. **P**rimum est societas Dei consideratio. Deus enim socius est in tribulatione. Psal. Cum ipso sum in tribulatione, &c. Psal. Iuxta est Dominus his, qui tribulato sunt corde, &c. Vnde D. Bernardus. Bo-

num  
plecti  
quàm  
dum  
homo  
berab  
estim  
rius c  
berar  
ni pra  
derat.  
Isydo  
dilige  
ta pra

**P**  
ple fa  
goriu  
pram  
lunt.  
inuer  
reuer  
pecc  
Dixe



num mihi in tribulatione magna amplecti te, in camino habere te mecum, quam esse sine te uel in caelo. Secundum est aeternae poenae euasio. cum homo ab his praemittitur, tunc ab his liberabitur. Gregorius. Durum non estimes esse quod pateris, dum exterius cruciatibus ab interna passione liberaris. Tertium remedium est, aeterni praemij remuneratio. Greg. Consideratio praemij, minuit uim flagelli. Isidorus. Qui uitae futurae praemia diligenter excogitat, mala omnia uitae praesentis aequanimiter portat.

Grego.

Grego.

Grego.

Isyd.

Grego.

*Temptari permittit Deus  
hominem quinque  
de causis.*

**P**rima est, ut homo ad eum redeat. Isa. Domine in angustia requisierunt te, et c. Psal. Imple facies eorum ignominia, &c. Gregorius. Tribulationes, quae nos hic praemunt, ad deum nos ire compellunt. exemplum de columba, quae non inueniens ubi requiesceret pedes eius, reuerfa est in archam. Secunda, ut de peccatis suis amplius doleat. Gen. Dixerunt fratres Ioseph; Merito haec

Isa. 26.

Psa. 82.

Grego.

Gen. 42